

## CCCXVI.

R. 3038 Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 59. f. caractere luculento bene perscriptus, coloribus distinctus, et olim *monasterij sancte dorothee in wienna* sequentia ad Ejus institutum facientia complectitur: I. *Incipit prologus in Regulam beati augustini Episcopi.* Regula illa est, quae titulo *ad Servos Dei* habetur T. I. *Opp. Edit. Maur. col. 789*, et incipit: *Hec sunt que precipimus &c.* Prologum vero, cujus initium: *Canonicæ professionis disciplina sicut christiane religionis observantias antiquitate, ita et dignitate precellit &c.* nullibi me legere memini.

II. fol. 8. Sequuntur VI. Capitula huc facientia, quorum primum sine titulo incipit: *Multa sanè differentia est inter renunciantes seculo &c.* agitque de perfecta rerum temporalium abdicatione. *Secundum* inscribitur: *Quis modus correptionis sit*, et legitur in *Regula Canonicor. in Conc. Aquisgran. a. 816.* edita apud *Aub. Miraeum Antverp. 1638. f. Formae Institutionis Canonic. Cap. 134. p. 76.* *Tertium* titulo: *Epilogus breuiter digestus*, ibidem *Cap. 145. seu ult. p. 81.* constituit. *Quartum* *Prefatiuncula in vitam clericorum* inscriptum pariter ibi *Cap. 113. p. 65.* terminat. *Quintum* absque titulo incipit: *Quia regularis ordinis nostri observantia in omnibus pene ecclesijs ex magna parte uenit in consuetudinem et nos per apostolicum mandatum in lateranensi concilio e-*

*ditum ad ordinis reformationem cogimur &c.* *Sextum* inscriptum *De Diffinitione secundi capituli* incipit: *Secundum constitutionem in lateranensi concilio editam ad ordinis reformationem diligenter intendentes precipimus, ut regula beati augustini firmiter et uniuersaliter obseruetur cum diffinitionibus preteriti capituli in sequenti capitulo approbatis. &c.* *Lateranense Concilium IV.* intelligo celebratum a. 1215. in quo praecipue *Capitulo 12.* varia de Regularium reformatione constituuntur, nominatimque edicuntur: *Hoc ipsum regulares Canonicos secundum ordinem suum volumus et praecipimus observare.* At, ubi *Theca* anterior Codicis praesentis indicat, quae in eo contineantur, post *Regulam beati Augustini* ait: *Item statuta salzburgensium de observantia regularum canonicorum regularium.* Quando igitur *Eberhardus II.* ad *Lateranenses* Constitutiones effectui dandas altero mox anno, nempe 1216. *Concilium Provinciale Salisburgi* celebravit, admodum probabile est, *Capita* nostra *Quintum* et *Sextum* supra adlatum ex eo Concilio manasse, atque inde aliquam accessionem fieri ad ejus Acta, quae *Flor. Dalbamus* in *Concill. Salisb. Augustae Vindel. 1788. f. editis p. 96.* paene in deperditis habuit. Ea porro in *Dorotheano* Codice reperiri, non mirum, cum *Collegia Canonicorum regul. per utramque Austriam sub Metropoli Salisburg.* fuerint.

III. fol. 17. p. 2. Incipiunt capitula in expositione hugonis (a S.

Victore) *super regula beati augustini episcopi*. Succedit dein ipsa *Expositio* hoc initio: *Hec precepta que subscripta sunt ideo regula appellantur &c.* prout legitur in

*Uivite concordēs. Proprium retinens male sordes. 1.*  
*Victus cum veste sit non equus patre teste. 2.*  
*Cum rebus votum venientis sumite totum. 3.*  
*Non intus quere, nequeas extra quod habere. 4. &c.*

*Abrupti videntur cum Cap. 38.*  
*Hugo enim Capp. 44. cenfet.*

## CCCXVII.

U. 173 Codex chartaceus lat. Sec. XV, Folior. 498. f. eleganter perscriptus, rubricis decorus, et a *Paulo de Mellico* T. D. ad D. *Stephani* Can. et Decano an. 1479. defuncto legatus Collegio Ducali, ut *Theca* anterior praefert, continet: I. *Epistolas* CLXXX. partim *S. Augustini*, partim ad eum datas, quas inter *Commercium* genuinum cum *Hieronymo*, et subposititium cum *Bonifacio*, edita omnia a *Maurianis* T. II. *Opp.* quorum tamen praemissum *Indicem Alphabeticum* molesto doctus experimento *Lectoribus* denuntiare cogor; frustra enim in eo *Epistolas Augustini ad Romanianum*, et ad *Simplicianum* quaerent, quae tamen extant n. XV. col. 19. et n. XXXVII. col. 81. *Epistola ad Licentium* n. XXVI. col. 38. in Codice nostro fol. 96. p. 2. in tres divisa est. *LECTIO* tota satis proba. II. fol. 361. p. 2. praemisso *Loco Retraetat.* L. II. c. 4. *Inci-*

ejus *Opp.* editione *Rotomag.* 1648. T. II. p. 5. f.

IV. fol. 59. *Hugonis* *Capitula* memoriae causa in *Verfus* parum propitia *Minerva* redacta sunt. *Audi:*

*pit Prologus Aurelii Augustini episcopi in libro de doctrina christiana.* Ita: *Sunt precepta quedam tractandarum scripturarum &c.* *Libri* IV. integerrimi, prout extant *Opp.* T. III. col. 1. alia tamen *Rubricarum* distributione.

III. fol. 412. *Sequitur Liber sancti Augustini de presentia dei ad Dardanum.* Initium est: *Fateor me frater dilectissime dardane &c.* *Dissertatio* haec legitur inter *Epistolas* T. II. n. CLXXXVII. col. 678. et in Codice nescit ultimam illam *περὶ μορῆς*: *Sed cum me delectat &c.* *Paullo* ante etiam pro: *quo major est Pater*, habet: *quo nemo maior*, et pro: *corporis modum* haud improbabiler *corporis motum*

IV. fol. 417. p. 2. *Excerpta* quaedam e diversis *Augustini* *Operibus* de *Oratione Dominica* et *Eleemosyna*.

V. fol. 419. p. 2. *Augustinus* de *videndo Deo ad paulinam*. Initium: *Memor debiti &c.* ut T. II. *Opp.* *Epistola* n. CXLVII. col. 473. et nobis alibi.

VI. fol. 431. *Epistolae* binae, *Prior Prosperi*, altera *Hilarii* ad *Augu-*